1380 23 Junii

Ex Monast. Caeli Montis

601.

167

Nos Petrko Judex et Crandotha Subjudex Terrae Sandomiriensis, Universis quibus expedit, protestamur Quod audens ad nostram Nostronemq Assessorum praesentiam Nobilis Vir Otho Haeres de Bronowice, cum ipsius bona voluntate ac deliberatione non compulsus non coactus nec aliquo dolo circumventus suam totam portionem Haereditatis quam habuit in Jeszow cum omnibus utilitatibus prout solus tenuit, Nihil penitus pro se reservando pro Triginta Marcis grossorum numeri Polonicalis tradidit, vendidit ac publice in perpetuum libere resignavit, Honorabili Viro Dno Jacobo Praeposito Tremetsnen, totiq Conventui Monasterij ejusdem, habendam, tenendam, commutandam, donandum, vendendam, et ad usus ipsorum, bene placitorum convertendam, ac perpetuo possidendam tanquam veri et legitimi Possessores. Quam Venditionem et emptionem, litera praesenti ratificando, confirmamus perpetualiter irrevocando. In cujus rei testimonium, Nostra Sigilla huic literae sunt appensa. Datt et actt in Magna Opatow Feria Sexta proxima ante festum S. Joannis Babtistae Anno Dni MCCCLXXX. Praesentibus his Nobilibus, Crandotha, Milite strenuo de Bodzechow, Jacobo de Bodzizew, Jacobo de Colewicze, Joanne de Janowice, Martino de Grocholice, Joanne de Kowalkowice et alijs quam plurimis fide dignis.

Monastica Premenstratens Trzemeszno